

AB

44 $\frac{20}{K_1 3}$

d



Quo pacto
statim a pri-
mis annis /
pueri debeāt
in **E**christia-
nismo institui / Libel-
lus perutilis .



Elenchus.

Decem Precepta decalogi.

Symbolum Apostolorum.

Oratio Dominica.

De Baptismo.

De Sacramento.

Institutio puerilis / indicans que scitu necessaria sunt / ut vitam eternam assequaris.

De symbolo Apostolorum.

Benedictio mane dicenda.

Benedictio mense.

Gratiarum actio.

Benedictio sub Vesperam / quo pacto ad somnum te componas.

Psalmus Deus misereatur nostri.

patet n^o Meditatio Dominice orationis.

De Confessione.

Omniem vite nostre curam / deo relinquendam. Ex Matthei Sexto Capite.

Psalmus Nisi dominus edificauerit do.

Psal. Ad te leuaui oculos meos.

Psal. Beati omnes qui timent dominum.



A a b c d
e f g h i
k l m n o
p q r s
t v u w x y z.

Vocales.

a e i o u y.

Consonantes.

b c d f g h k l m
n p q r s t x z.

24

Biblia Laicorum.
Decem precepta.

Primum.

**Non habebis deos alios
nos coram me.** Secundum.

**Non assumes nomen do-
mini dei tui in uanum.**

Tertium.

**Ademento ut diem sabba-
ti sanctifices.**

Quartum.

**Honora patrem et ma-
trem / ut sis longeuus su-
per terram.**

Quintum.

Non occides.

Sextum.

Non mechaberis.

Septimum.

Non furtum facies.

Octauum.

**Non loqueris contra pro
ximum tuum falsum testi
monium.**

Nonum.

**Non concupisces domu
proximi tui.**

Decimum.

**Nec desiderabis vxorem
eius/non seruum/non an
z**

A ij

cillam / non bouem / non
asinum / nec omnia que il-
lius sunt.

Breuis Conclusio decem Prece-
ptorum. Sic Christus ipse ait.

Quicquid vultis vt faciāt
vobis homines / hoc itidē
illis facite / Hec est totalis
et prophete omnes. Mat. 7.

Expositio huius Conclusionis.

Nemo enim est / qui ingratitude pro
suis beneficijs amet / nemo nomen suum
libenter permissurus est alteri / nemo est /
qui a superbis contemni velit / Preterea
nemo inobedientiam / iras / impudicitiam
vporis sue amat / nemo spoliari vult sua-
rum facultatum / nemo fraudari / decipi /
traduci / bello impeti / Quia omnes ita
sunt comparati / vt amicitia / amore / gratia

titudine / auxilio / candore / fide affici &
proximo malint / Hec igitur omnia decem
Preceptis nobis mandata sunt.

Symbolum Apostolorum



Creedo in deum
patrem omni-
potentem cre-
atorem celi et
terre. Et in Je-
sum Christum filium eius
unicū dominum nostrū.
Qui cōceptus est de spiri-
tu sancto / natus ex Mari-
a virgine. Passus sub pō-
tione Pilato / crucifixus /
mortuus et sepultus / De-
scendit ad inferna / ter cia

die resurrexit a mortuis.
Ascēdit ad celos / sedet ad
dexterā dei patris omni-
potentis. Inde venturus
est iudicare viuos et mor-
tuos. Credo in spiritum
sanctum. Sanctā ecclesi-
am catholicā / sanctorum
communione. Remissio-
nem peccatorum. Carnis
resurrectionem. Et vitam
eternam Amen.

Oratio Dominica.

Dater noster qui es
in celis. Sanctifice

tur nomen tuū. Adueniat
regnū tuū. fiat voluntas
tua sicut in celo et in terra.
Panē nostrum quottidi-
anum da nobis hodie. Et
dimitte nobis debita no-
stra / sicut et nos dimitti-
mus debitoribus nostris
Et ne nos inducas in ten-
tationem. Sed libera nos
a malo Amen. De Baptismo.

Qui crediderit / et bap-
tatus fuerit / saluus erit /
qui vero non crediderit /
condemnabitur.

De Sacramento.

Domini Iesus in eano:
cte qua traditus est / acce:
pit panē / et postquā gra:
tias egisset / fregit / ac dixit /
Accipite / edite / Hoc est
corpus meum / quod pro
vobis frangitur / hoc faci:
te in mei commemoratio:
nem .

Ad eundem modum et
poculū peracta cena / di:
cens / hoc poculū novum
testamentum est in meo
sanguine / qui pro vobis
funditur in remissionem

peccatorum/ hoc facite/
quotiescunque biberitis /
in mei cōmemorationē.

Paulus.

Quociescunque enim co-
mederitis panem hunc/ et
de poculo hoc biberitis/
mortem domini annunciate/
donec venerit.

Laicorum Bible finis.

**Institutiones pue-
riles Christiane vite.**

Tria sunt scitu necessaria/ quibus eter-
nam vitam assequaris.

Primum.

Vt scias quid facere / quidue omittere te

oporteat / Id quod decalogi Prebeata
Secundum. (docent.

Vt cum videris te nec facere nec omitte
re posse / quod debes / proprijs et humanis
viribus / tum uti scias / vnde has vires ac
cipere / querere et inuenire possis. Et hoc
indicat fides.

Tertium.

Quo pacto id queri et consequi oporteat /
per orationem scilicet / Et hoc docet ora
tio Dominica.

De Symbolo Apostolorum.

Fidei cathalogus tribus precipue mē
bris constat / Nam in eo recensentur tres
personae diuine trinitatis / Primum est de
patre / Alterum de filio / Tertium de san
cto spiritu / Atq; hic est summus fidei Ar
ticulus ex quo alij dependent

Primum membrum Symboli.

**Credo in deum patrem
omnipotentē/ creatorem
celi et terre.**

Hoc est/ Renuncio sathane/ omni idola-
latrie/ omnibus prescijs magicis/ et false
fidei/ fiduciam meam confero/ non in ul-
lum totius mundi hominem / imo ne in
meipsum quidem / non in meam potestas-
tem/ eruditionem/ scienciam/ facultates/
probitatem/ et quicquid omnino est/ quod
habeo aut possideo.

Fiduciam nullam constituo in aliquā
creaturam/ siue in celo sit illa/ siue in ter-
ra/ fiduciam meam vnice pono in nudum/
inuisibilem/ incomprehensibilem/ vnicum
deum/ qui celū et terram condidit/ et so-
lus preest omnibus creaturis/ huic totum

me permitto. Rursum / non formido ad
omnem maliciam sathane / et sociorum su-
orum / quoniam deus meus superior est
his omnibus. Neq; vero minus credo in
deum / etiam si omnes homines me relin-
quant / aut persequantur.

Neq; rursus minus illi fidam / q; miser
et pauper sum / q; rudis et indoctus / quod
contemptus / q; inops rerum omnium.

Neque eo minus / q; peccator sum / nã
fides hec mea / longe omnia exuperat (sicut
necesse est et debet) quecumq; vel sunt
vel non sunt / peccata simul ac virtutes /
et breuiter omnia / ita vt pure et integre
in solo deo se figat hec fides mea / sicut me
primum Preceptum docet / et compellit
etiam.

Porro / ne signum quidem desidero ad
tentandum illum.

Constanter illi confido / si etiam differat /
et quandiu velit moreur / non illi ter-

minum statuo / non tempus / non modum /
non rationem / sed illius omnia permitto
voluntati / ingenua et nihil perplexa fide.

Siquidem omnipotens est / quid mihi
deesse potest / quod non prestare et facere
mihi ille possit ?

Siquidem conditor est celi et terre / et
dominus rerum omnium / quid mihi de-
traxerit aut nocuerit aliquid ? Quomodo
autem non omnia in meum usum et bonum
cedant / si is mihi fauet et vult bene / cui
hec omnia subsunt / et obediunt ?

Nunc si deus est / scit ipse / quid de me
statuerit / et quo pacto mihi fortunet om-
nia / quin etiam quod scit potest. Si pater
est / certum est / et velle eum / et libenter ex
animo.

De his cum non dubito / et me illi sic con-
fido / tum procul dubio illius filius sum /
illiusque seruus atque heres perpetuo / et per
inde ac credo / sic vsuueniet mihi.

Alter a pars Symboli.

**Et in Ihesum Christum
filium eius vnicū dominū
nostrū / qui cōceptus zc.**

Hoc est / nō solū credo / Jesum Christū
verum et vnicum dei filium esse / perpetua
et diuina natura atq; existentia ab eterno
et semper genitum / sed preterea illi sub
iecta esse omnia / eumq; dominum meum
et dominum omnium rerum etiam hu
mano modo constitutum esse / que ipse etia
am vna cum patre secundum diuinitatem
condiderit.

Credo / neminem in deum patrem crea
dere / aut venire ad patrem posse / neq; per
scientiam et eruditionem / neq; per opera
neq; sua ratione et ingenio / et quicquid
omnino vel nominari potest in celo aut
terra. Sed tantū in hoc et per hūc vnum
Jesum Christum filium illius vnicum /

hoc est/ per fidem in nomen et turpetium
Jesu Christi.

Credo indubitate et constanter / quod
in meum bonum conceptus est per spiritum
sanctum / citra omne humanum et
carnale opus / citra corporalem patrem
aut virile semen/ atq; hoc ideo / vt meam/
et eorum omnium qui in eum credunt /
peccato obnoxiam/ carnalem/ impuram/
damnatum conceptionem emundaret / et
spiritualem efficeret / motus suapte et li-
bera voluntate atq; omnipotentis patris.

Credo hunc mihi genitum esse ex in-
corrupta virgine Maria preter iacturam
illius carnalis et spiritualis virginitatis/
vt iuxta constitutionē paterne misericor-
die/ peccatis plenā et dānatissimā natiui-
tatem/ cum meam tum omnium fidelium
suorum benediceret et emundaret/ vt nos-
cere porro non posset.

Credo/ quod passionem et crucem pro

3

meis/atq; omnium in se credentium/peccatis pertulerit/ et per hoc omnes passiones et cruces benedixerit/ ita ut non modo non noceant posthac / sed etiam salubres sint / et valde meritoria.

Credo/eum mortuum et sepultum esse ad mortificandum et sepeliendum cuncta peccata mea / et omnium fidelium suorum. Deniq; corporalem mortem hoc pacto iugulatam esse / et plane inefficacem futuram ad nocendum/imo salubrem etiam atq; utilem factam.

Credo / eum ad infernum descendisse/ quo ipsum sathanam cum toto imperio suo/dolis et malitia subigeret / et captiuum duceret / mihi et omnibus credentibus / ut post hac diabolus mihi nocere nequiusquam possit / quodq; ab inferno me liberaret / quem etiam inefficacem mihi redderet ad nocendum/ imo qui posthac meritorius futurus esset.

Credo / quod tertio die resurrexerit a

mortuis / quo me / et fideles omnes in nouam vitam transferret / quodq; hoc facto me secum vna excitaret in gratiam et spiritum deinceps non peccandi / sed vt illi soli seruire possem / omni genere gratiarum et virtutum preeditus / vt sic illius mandata adimplerem.

Credo / q; in celum ascenderit / quodq; a patre imperium et honorem acceperit super omnes angelos et creaturas / quodq; iam sedeat ad dexteram dei / hoc est / q; rex sit et dominus super omnia dei bona in celo / inferno / ac terra / quocirca adiuuare possit me et credentes omnes in quibuscunq; aduersis contra omnes aduersarios et inimicos nostros.

Credo / q; inde reuersurus sit e celo die nouissimo ad iudicandum viuos / quos tum inuenerit / et mortuos qui defuncti sunt / quodq; omnes homines et angelos bonos et malos venire coget ante sedem

¶

Iudicij sui (quem videbunt corporaliter)
ad liberandum me cum omnibus fidelibus
a morte corporali / et omnibus malis et
vitijs / rursus ad puniendum eterno iudis
cio hostes et aduersarios suos / ita ut nos
liberemur ab eorum potestate perpetuo.

Tertia pars Symboli.

Credo in spiritum sanctum et uiuificantem.

Hoc est / Non hoc tantum credo / spiritum
sanctum verum deum esse cum patre
et filio / verum etiam quod in patre et ad patrem
per Christum / et huius vitam / passio-
nem / mortem / et quicquid omnino dis-
ctum est de Christo / venire nemo possit /
aut aliquid istorum consequi sine huius
spiritus opere. Quo quidem spiritu pater
et filius me simul ac omnes fideles tan-
gat / excitet / vocet / trahat / et per Christum
atque in Christo uiuificet / sanctum et spiri-
tualem efficiat / et sic ad patrem me per-

ducatur. Ipse enim est qui cum patre per
Christū / atq; in Christo omnia operatur
et viuificat.

Credo / q; in terra sit / quam late pas-
teat / vna tantum publica Christiana ec-
clesia / que non aliud sit quam congrega-
tio aut communio sanctorum / nempe ius-
torum et fidelium hominum in terra / atq;
q; eam per hunc sanctum spiritum confla-
tam et sustentatam / per hunc etiam regi
et augeri quotidie per sacramenta et ver-
bum dei.

Credo neminem vsquam seruari / qui in
ista communione inuentus non fuerit con-
cors et consentiens cum illa in eandem fi-
dem / in idem verbum / in idem sacramen-
tum / spem / et charitatem / quodq; nemo
Iudeorum aut Gentilium cum hac ser-
uari possit / nisi se cum illa concilet / cumq;
ea in gratiam redeat / seq; illi conformet /
per omnia.

Credo / q; in ista communione aut

B iij

scilicet in hunc

Christianismo omnia cōmunia sint / et facultates atq; bona cuiusq; / alterius propria esse / et nihil vsquam esse in priuato dominio constitutū / itaq; necessario subuenire mihi / ex mea parte stare et me confortare per omne tempus vite et mortis / omnes totius communionis istiusmodi orationes et opera.

Credo / q; in ista communionē aut res publica / nec vsquam alibi / remissio sit peccatorū / quodq; extra eam quamlibet multa et magna bona opera ad peccatorum remissionem nihil prorsus conducant / Rursus in eadem communionē nihil officiant et obstant remissioni peccatorum / quamlibet multa / magna / et frequentia peccata / Sed manere istam remissionem / ubicunq; et quam diu remanet peculiaris hec communio / cui etiam Christus dat clauēs / et dicit Matthei decimo octauo / Quicquid solueritis super terrā / erit solutum in celo / Similiter dicit soli Petro nomine et loco huius solius et vnus

ee communionis / Matthei . 16 . Quis
quid solueris super terram etc.

Credo / resurrectionem fore mortuo-
rum / in qua sanctus ille spiritus excitabit
omnem carnem / hoc est / omnes homines
secundum corpus et carnem / bonos / simul
ac malos / ita ut hec ipsa caro / que mor-
tua / sepulta / consumpta et vario modo
perdita fuerat / reuersura sit et victura.

Credo / post eam resurrectionem futu-
ram esse eternam sanctorum vitam / et
eternam peccatorum mortem.

De his omnibus nihil dubito / quin hec
omnia sigillatim mihi euentura sint a pa-
tre per filium Iesum Christum dominum
nostrum / cum sancto et in sancto spiritu /
id enim significat Amen / hoc est / Hec bo-
na fide et indubitato omnia sunt vera.

Benedictio mane dicenda.

In nomine patris et filij
B iij

et spiritus sancti Amen.

Dic Symbolum cum oratione
Dominica.

Cum si quid ex Biblijs aut Psalmis no-
uisti / illud in memoriam reuoca ad exer-
cendam et confirmandam tuam fidem /
contra omnes peccatorum et tentatio-
num insultus .

Benedictio mense.
Ex Psal. 145.



Quili omnium in te
sperant domine / et
tu das escam illorum in
tempore oportuno.
Aperis tu manum tuam /

et imple omne animal be
nedictione. Pater noster zc.

Oratio.

Domine deus pater ces
lestis / benedic nos et hec
dona / que de tua largitate
sumimus / per Christum
dominū nostrum Amen.

Gratiarum actio.



Confitemi do
mino quonia
bonus quoni
am in eternum
misericordia
eius. Qui dat escam om

Bv

ni carni Qui dat iumentis
escam ipsorum / et pullis
coruorum inuocantibus
eum. Non in fortitudine
equi voluntatē habebit /
neque in tibijs viri bene-
placitum erit ei. Beneplacitum est domino super ti-
mientes eum / et in eis qui
sperant super misericor-
dia eius. Pater noster etc.

Gratio.

Gratias agimus tibi do-
mine deus pater per Je-
sum Christum dominum

nostrum / pro vniuersis
beneficijs tuis. Qui vivis
et regnas in secula seculo-
rum Amen.

Benedictio sub Vesperam.

In nomine patris / et fi-
lij / et spiritus sancti Amen.

Ademor ero tui super
stratum meum / et in ma-
tutinis meditabor in te.

Quia fuisti adiutor meus
et in tegmine alarum tua-
rum exultabo. Psalmo. 63.

Et hic te oportet admoneri omnium
que per diem audieris et didiceris ex sacra
scriptura / atque tali cogitatione capessere

Deus misereatur nostri
et benedicat nobis / et ostē
dat nobis faciem suam
Ut cognoscatur in terra
via tua / et apud omnes gē
tes innotescat quod sal
ues. Celebrant te populi
deus / celebrant te omnes
populi. Letentur et glori
entur populi / quod recte
iudicas populos / et po
pulos in terra dirigis. Ce
lebrant te populi deus / ce
lebrant te omnes populi.
Terra fert fruges / bene

dicat nobis deus / deus
noster. Benedicat nobis
deus / et timeant eum om-
nes fines terre.

Oratio Dominica.

Prefatio et introductio ad petendum septem petitiones a deo / his verbis constat

**Pater noster qui es
in celo.**

Sensus verborum.

Omnipotens deus / postquam tu nos
incomparabili beuolentia et misericor-
dia non admisisti solum / sed etiam docuis-
sti / imo precepisti per unicum et charum
filium tuum dominum nostrum Iesum
Christum / vt frecti illius meritis / et patros

timio! / seipso mediatore / te nobis patrem
esse crederemus / et sic nominaremus etiã /
tametsi merito / et summo iure / seuerus
esse iudex poteras in nos peccatores / qui
toties et tam atrociter contra diuinã tuã
et optimam voluntatẽ egimus et offendi
mus. Da obsecro / per eandem beneuolen
tiam atq; misericordiam / in cor nostrum
intrepidam confidentiam paterni amoris
tui / et fac sentiamus gratum istum odorẽ
et suauitatem / quam cõciliat tutissima et
vere puerilis securitas / uti te hilari animo
patrem appellare / agnoscere / diligere / at
q; inuocare possimus in omnibus pericu
lis. Custodi nos / queso / ut filij tui perman
eamus / et non mereamur / te charissimũ
patrem nostrum / fieri nobis horrendum
iudicem aut inimicos nos / qui tui liberi
et heredes sumus.

Vis etiã non solum simpliciter te pa
trem / sed nostrũ te patrẽ cõmuni voce in
uocemus / et sic cõcordi oratione pro om

nibus rogemus. Quare tribue nobis concordem et fraternam dilectionem / ita ut nos simul omnes reuera fratres et sorores esse sentiamus / te vero ut nostrum communem ac propitium parentem oremus omnes / pro omnibus / recte / sicut filij pro se inuicem exorant patrem. Presta / ut nemo nostrum quod suum est querat / aut aliorum obliuiscatur apud te / sed abolito odio / inuidentia et discordia / sicut veros dei filios decet / mutuo amore nos inuicem amplectamur. Vnde fiat / ut iam non mi pater / sed noster pater / ex animo dicere possimus.

Cum autem non corporalis et terrenus sis pater / quem in terra videamus / sed sis in celo spiritualis noster pater / qui non moreris / neque incertus et dubius es / aut talis qui te ipsum iuuare non possis / sicut terrenus et corporalis pater / ex quo constat nobis / quam infinitis modis tu melior sis pater / ut qui etiam doces temporariam paternitatem / patriam / amicos /

opes / carnem et sanguinem propter te
contemni. Age o pater / da nobis vt et
nos tui celestes filij simus / doce nos cura-
re non aliud quam animarum et celestem
illam hereditatem / vt ne decipiant nos
temporalis patria et hereditates terrene /
que nos circumdant atq; impediunt / nosq;
terrenos et sui similes filios efficiant / vt
reuera et ex animo dicere possimus / O ces-
lestis pater noster / et nos vere celestes tui
liberi existamus.

Prima petitio.

Sanctificetur nomē tuū.

Sesus est / O deus omnipotens / cha-
rissime pater noster celestis / diuinum et
sanctum nomen tuū / iam nunc / hoc ipso
tempore / in hac valle miseriarum proha
pudor / tam multis modis prophanatur /
conuicijs et contumelijs misere afficitur /
interim id multis accomodatur in quib;
bus non est honor tuus / et eo tam multis

abutuntur ad peccata sua / que quidem
res tam vulgaris et frequens est / ut meri
to hec tam turpis vita / ignominia et in
honestas vocari possit sanctissimi tui no
minis / Proinde nos affice diuina tua gra
tia / ut vitare possimus ea omnia / que nō
promouent honorem et laudes sanctissi
mi tui nominis / Fac ut omnes res magis
ce / et false imprecationes quam celerr
ime aboleantur. Fac ut omnes adiuratio
nes / quibus sathan aut alie creature in
cantantur / desinant per hoc nomen tuū.

Fac / omnis falsa fides / qua vel tibi dis
fidimus / vel alijs plus satis fidimus / ocu
us extirpetur. Fac omnes hereses et fal
se doctrine / que speciem preterunt tui no
minis / subito euanescant. Fac / ut omnis
hypocrisis aut simulatio vel veritatis vel
iusticie vel sanctitatis nemini imponat.

Fac / ut nemo iuret per nomē tuum / men
tiatur aut fraudet. Custodi nos ab omni
spe falsa / que sub specie nominis tui se nos

C

bis offert. Custodi nos a spirituali superbia / vano honore mundane glorie et nominis. Da / vt in omnibus periculis et detrimento inuocare possimus sanctum hoc nomen tuum. Da / vt in angustia conscientie / et mortis instantia non obliuiscamur nominis tui. Da / vt in nostris bonis verbis atq; operibus / te solum laudemus et magnificiamus / non nobis inde nomen aliquod / aut honorem queramus aut vindicemus / sed tibi soli / cuius vnus sunt omnia. Custodi nos a damnatissimo vitio ingratitude. Fac / vt nostra vita bonisq; operibus alij omnes excitentur / rursus / vt illi omnes non nos / sed solum nomen tuum venerentur ac laudent. Fac / vt in nostris malis operibus aut vitijs / nemo scandalizetur / ad dehonestandum nomen tuum / aut remittendum tuas laudes. Custodi nos / ne quicquam concupiscamus / vel temporalium rerum vel eternarum / quod non in honorem atq; laudem tui nominis cedat / q; si huiusmodi aliquid petis

erimus / uti nostram stultitiam non exau-
dias. Fac / talis sit vita nostra / ut inuenias
mur reuera tui filij esse / ne paternum nos-
men tuum frustra aut falso in nobis ap-
pelletur. Ad istam orationis partem
proprie attinent omnes Psalmi et oratio-
nes / quibus laudamus / veneramur / ca-
nimus / gratias agimus deo / et breuiter
totum Alleluia.

Secunda Petitio.

Adueniat regnum tuum.

Sensus / Misera hec vita / regnum est
omnium peccatorum et malorum / cuius
dominus est malus spiritus / omnium ma-
litiarum et peccatorum author et capita-
lis nequam / At tuum regnum / regnū est
omnium gratiarum et virtutum / cuius
dominus est dilectissimus filius tuus Je-
sus Christus / omnium gratiarum et vir-
tutum caput et initium. Quare adiuua
nos charissime pater / et redi nobiscum in

Cij

gratiam. Da nobis ante omnia / veram esse
constantem fidem in Christo / spem in tres-
pidam in misericordiam tuam contra omnes
infirmittates peccatricis nostre conscien-
cie / amorem syncerum erga te simul ac
omnes homines. Custodi nos ab infidelis-
tate / a desperatione / a rancore / qui nos
tandem perdat. Fac nos evitare sordidum
affectum libidinis / da amorem ad virgini-
tatem et quancunq; munditiam. Libera
nos a dissensionibus / a bellis / a discordia
et lite. Fac aduenire possint virtutes re-
gni tui. Pacem / concordiam / et tranquilla-
tatem presta nobis / vt non ira aut alia
queuis amaritudo in nobis summi habeat
regnum / quin potius per gratiam tuam
regnet in nobis / simplex illa suauitas et
fraterna fides atq; cuiuscunq; generis amicitia
/ comitas / benignitas / mansuetudo /
Presta nobis / vt ne inordinata perturbatio
et animi egritudo in nobis locum ob-
tineat / sed aduenire facias gaudium et ob-
lectamentum in tua gratia et misericordia

dia / Et in summa / vt omne peccatum a
nobis auertatur / nosq; gratiarum tuarū /
atq; omnium virtutum / et bonorum ope
rum tuorum pleni / fiamus regnum tuū /
Vt totum cor nostrum / animus et sensus
vna cum omnibus viribus / tam interiori
bus quam exterioribus / patiantur se per
te solum regi / ad seruiendū tibi / tuis pre
ceptis / et voluntati tue / non autem sibi
ipsis aut carni / mundo vel diabolo. Fac
vt regnum illud tuū auspiciatum et cep
tum / in nobis augeatur / quotidie proficiat
at et crescat / ne obruat nos dolosa malitia
aut segnitia ad bonum / ne rursus auer
tamur et recidamus / Sed da nobis firmū
propositum et vires / non solum incipien
di bonam vitam / quin potius audacter in
ea progrediēdi et perficiēdi / Sicut Pro
pheta ait / Illumina oculos meos / ne ob
dormiam / aut lassus fiam in semel cepta
bona vita / atq; ita me hostis denuo in su
am potestatem redigat. Fac / vt ita pers

Cij

seueremus / utq; venturum regnum tuū /
hoc per te iam ceptum regnum concludat
et perficiat. Libera nos ex hac pericu-
losa et peccatrici vita. Fac / nos alteram
illam vitam exoptare / et odisse hanc pres-
entem. Da nobis ne mortem formidea-
mus / sed optemus magis. Auerte a nobis
amorem et studium huius vite / ut sic re-
gnum tuum in nobis omni modo perfici
queat. Huius orationis sunt omnes
Psalmi / versus et petitiones / in quibus
gratia et virtus a deo efflagitatur.

Tertia Petitio.

**Fiat voluntas tua / sicut
in celo et in terra.**

Nostra quidem voluntas / si cum tua
conferatur / nunquam potest esse bona /
sed semper mala. Tua autē voluntas sem-
per est optima / precipue et summe ad-
amanda et expetenda. Quare nostri mis-
serere O charissime pater / nec quicquam

admisericis pro nostra voluntate euenire.
Da nobis / et doce nos veram et solidam
patientiam / cum nostra voluntas fran-
gitur atq; impeditur. Da nobis / vt cum
aliquis loqnatur / taceat / faciat / omittat
contrarium nostre voluntati / ne ob id
irascamur et indignemur / neue maledica-
mus / ne quid conqueramur / ne clamemus
et tumultuemur / neue etiam iudicemus /
aut damnemus / imo ne defendamus quis-
dem nos ipsos. Fac / vt nostris aduersa-
rijs atq; ijs / qui impediunt nostram vo-
luntatem / humiliter cedamus / nostramq;
voluntatem sic omittamus / vt etiam eos
laudemus / benedicamus / et faciamus
eis veluti ijs qui tuam diuinam atq; opti-
mam voluntatem contra nostram perfici-
ant. Affice nos tua gratia / vt morbos
omnes / paupertatem / contemptum / af-
flictionem / crucem et aduersitates spon-
te feramus / agnoscentes eam esse volun-
tatem tuam / vt crucies nostram. Da nos
bis / vt iniuriam etiam libenter feramus.

C iiii

Cohibe nos a vindicta. Fac / ne malum
malo rependamus / neq; vim vi propul-
semus / quin potius / vt in huiusmodi tua
voluntate / que omnia ista nobis adducit /
oblectemur / te laudemus et gratiam tibi
habeamus. Fac / ne diabolo aut malis
hominibus adscribamus / cum aduersi alia
quid nobis obueniat / sed vt hec omnia
attribuamus diuine tue voluntati / que
omnia illa sic ordinat / vt nostra voluntas
impediatur / et augeatur beatitudo in re-
gno tuo. Da nobis / vt sponte et hilares
mori possimus / mortemq; pro tua volun-
tate libenter acceptemus / ne per intol-
lerantiam et timorem tibi inobedientes
fiamus. Fac / vt omnia membra nostra /
oculi / lingua / cor / manus / pedes / non
permittantur suis desiderijs / neue nos il-
lorum voluntati vnquam subdamur / sed
in tua voluntate capti et incarcerati / fran-
gamur. Custodi nos ab omni malo / pres-
tigiosa / pernicaci / indurata / pertinaci /
morosa inuictaq; voluntate. Da nobis res

etiam obedientiam / perfectam atq; liberā
mentem / in omnibus rebus spiritualibus /
mundanis / eternis et transitorijs. Custodi
nos ab illo teterrimo vitio obloquentie /
infamationis / delationis / et a temerarijs
iuditijs / ne quenquam damnemus / neue
quid vsquam vitio vertamus. O maxis
mū illud malum / plagamq; grauissimam
huiusmodi linguarū / longe a nobis auer
te / Imo doce nos / vt si quid ab alijs vis
deamus vel audiamus reprehensione dis
gnum / et quod nobis displiceat / hoc tace
amus et tegamus / atq; tibi soli conuera
mur deferentes id et committentes volū
tati tue / atq; ita ex animo condonemus
omnibus debitoribus nostris / quorum
vicem etiam condoleamus. Doce nos / vt
intelligamus neminem nobis nocere poss
se / nisi se prius multo maiori damno affis
ciat in conspectu tuo / quo fiat vt mouea
mur misericordia erga eum / magis quam
ad iram prouocemur / vehementius de

Cv

plorantes illum / quam de vindicta cogi-
tantes. Da nobis / ne letemur in istorum
aduersis / qui nostre voluntati restiterunt /
aut nos leserunt / aut quocūq; tandem mo-
do displicet nobis illorum vita / Similiter
ne tristemur / cum bene cedit illis.

ps Huic adhiberi possunt omnes Psalmi /
versiculi aut orationes / contra peccata et
inimicos nos orare docentes.

Quarta Petitio.

**Panem nostrum quoti-
dianum da nobis hodie.**

Sensus et interpretatio verborū. Pa-
nis / est dominus noster Jesus Christus /
qui animam cibatur et consolatur. O igitur
celestis pater / confer hanc gratiā nobis /
vt Christi vita / verba / opera et passiones
cū nobis / tū toti orbi predicentur / cognos-
cantur et retineantur. Da / vt illius ver-
ba / opera et totam vitam pro efficaci ex-
emplo et speculo omnium virtutum has

beamus. Da / vt in passionibus et aduersitatibus nostris / per passionē et crucem eius nos ipsos cōfortare et consolari possimus. Da / vt nos nostram mortem / per illius mortem firma fide superare possimus / atq; ita intrepidus optimū hunc ducem in aliam vsq; vitā concomitari. Presta hanc gratiam / vt omnes qui predicāt / utiliter et beate predicent verbum tuum / et Christum Jesum per totum orbem. Deinde / vt omnes qui predicari audiunt verbum tuum / Christum discant / et inde se emendent / in meliusq; proficiant. Quin hoc quoq; clemēter prestare velis / vt omnes alie doctrine / in quibus Christus non discitur / e tua sancta ecclesia propulsentur. Misere omnium episcoporum / presbyterorum / eorumq; omnium / quos consecratos vocant / quin et omnium presectorum / vt illuminētur gratia tua ad recte docendum et ducendum verbis et exemplo vite. Custodi omnes fide imbeciles

les / ne scandalizentur ab hoc pessimo ex-
emplo prefectorum. Custodi nos ab he-
reticis et scismaticis doctrinis / quo possi-
mus concordēs atq; vni esse / cum vtimur
vno pane quotidiano / hoc est / vna quoti-
diana doctrina et verbo Christi. Doce
nos per tuam gratiam / Christi passionem
vere / et vt debet / cogitare / animo com-
prehendere / atq; feliciter cum nostra vita
coniungere / feliciter eam in nostram vi-
tam adumbrare. Sac / ne spoliemur san-
cti et veri corporis Christi in extremis vi-
te nostre. Sac / omnes presbyteri venera-
bile sacramentum digne et feliciter in bo-
num totius Christianitatis tractent et
vtantur. Sac / vt nos atq; omnes Christia-
ni / sanctissimum hoc sacramentum oportu-
tuno tempore / non sine gratia et feliciter
vsurpemus. In summa / da nobis panem
nostrum quotidianum / vt Christus in nos
bis / et nos in Christo perpetuo maneamus /
et digne hoc nomen geramus / cum
ab illo Christiani nuncupamur.

75

Huius orationis sunt omnis generis orationes et Psalmi / quibus rogamus pro nostris prefectis / maxime autem quibus contra falsos doctores / contra Iudeos / contra hereticos / atq; omnes alios errantes homines / Nec non quibus supplicamus pro afflictis / turbatis et consolatione destitutis hominibus.

Quinta Petitio.

Remitte nobis debita nostra / sicut et nos remittimus nostris debitoribus.

Sententia verborum / Habet ista oratio conditionem annexam et signum quoddam / videlicet / uti prius nos condonemus nostris debitoribus / quod ubi factum est / tum demum dicere poterimus / remitte nobis debita nostra. Ante etiam in tertia petitione hoc petatum est / ut fiat voluntas dei / qui vult / ut omnia patienter

toleremus / nec malum malo pensamus /
neq; etiam vindictam queramus / quin bo-
na pro malis reddamus / exemplo patris
nostri in celo / qui solem suū oriri facit su-
per bonos et malos / et pluuiā mittit sup
gratos et ingratos. Hoc est quod roga-
mus / O pater / consolare nostras conscis-
entias et nunc et in mortis die / que quidē
conscientia a cōspectis peccatis / tuoq; iu-
ditio horrendo nūc stupefcit / et tum quo-
q; stupefcet. Da pacem tuam nostris cor-
dibus / vt cum gaudio iudicium tuū ex-
pectare possimus. Ne intres nobiscum in
iudiciū tuū stricto iure / ab hac enim acris-
monia nemo innocens et iustus inuentus
fuerit. Doce nos charissime pater / nō in-
niti et cōsolari nostris bonis operibus aut
meritis / sed sole tue infinite et incompara-
bili misericordie plane et constanter nos
dedere et permittere. Rursus / fac / ne des-
peremus ob hanc fontem et peccatricem
vitam nostram / sed vt misericordiam tu-
am ampliorem et fortiorem estimemus /

quam vitam nostram utcumq; habitam.
Subueni omnium hominum consciencijs/
qui in mortis agone / aut alia huiusmodi
tentatione desperationis correpti sunt.
Nominatim autē illi. *V.* aut alteri. *V.*
Remittito et illis et nobis omnibus des
bita nostra / consolare eos atq; in gratiam
recipe. Da nobis bonitatē tuam pro nos
tra malitia / sicut tu nobis precepisti ut
faceremus. Compesce autem horrendum
delatorem / accusatorem / et ampliorem
peccatorum nostrorum diabolum / nūc et
in mortis puncto / deniq; in qualibet an
gustia consciencie / siquidem nos quoq; vis
tamus / ne per nostras delationes gravio
ra videantur hominum peccata.

Ne nos iudices iuxta accusationes dia
boli / nostreq; miserrime consciencie / Ne
ue exaudias vocem aduersariorum atq;
inimicorum nostrorū / qui nos die noctuq;
apud te accusant / sicut nos quoq; audire
non volumus eos / qui alios deserūt et ac
cusant. Aufer a nobis grauissimā molem

omnium peccatorum et consciencie / ita ut
facili atq; leta confidentia tue miseratio-
nis ex toto et imo corde affecti / viuere /
mori / pati / et quecumq; etiam ferre possit

Ad istam petitionem accomo- / mus.
Dari possunt omnes Psalmi et preces / que
pro peccatis / dei misericordiam inuocant.

Sexta Petitio.

**Et ne inducas nos in ten-
tationem.**

Sensus / Trifarijs tentationibus aut
solicitationibus impetimur / carne / mundo /
diabolo / Proinde te noster charissime pa-
ter obsecramus / affice nos tua gratia / ut
carnis desyderia coercere possimus. Fac
resistere et repugnare possimus illius ni-
mio cibo / potu / somno / torpore / otio. Fac
ut eam ieiunio / temperato victu / vestitu /
cubitu quiete / vigilijs et laboribus in ser-
uitutem redigamus / ut expedita et apta
sit ad bona opera. Fac ut illius malos as-

fectus ad libidinem/ omnemq; illius conu-
cupiscentiam et irritamenta possimus cū
Christo in crucem figere et mortificare/
ne ullis istius tentationibus cōsentiamus
et obsequamur. **Fac** / si quando elegans
tem et formosum hominem intueamur/
aut alias quascunq; venustas imagines et
creaturas/ ne nobis sint tentationis cau-
sa/ sed vt potius inde occasionem sumas-
mus amande pudicitie / et te laudandi in
creaturis tuis. **Fac** / vt cum marcidum
aliquid audimus / aut quid suauē senti-
mus / ne queramus in eo oblectationem/
sed laudem et gloriam tuam. Custodi nos
a maximo hoc vitio auaritie/ et desyderio-
rum ad mundanas opes. **Da** nobis / ne
potestatem et honores mundi huius que-
ramus/ aut consentiamus in eiusmodi ap-
petitus. Custodi nos / ne nos perfidia hui-
us mundi/ et ementitus splendor et irris-
tamēta eiusdem permoueant ad obsequē-
dum ei. Custodi nos / ne per mala et mis-

D

serias infidi / ad impatientiam vindictam /
iram / aut ad alia quecumque vitia pertra-
hamur. Da nobis / vt mundi mendacia /
fucos / fraudes / promissa / et perfidiam
aspernamur / et in summa / omnibus illius
bonis et malis renunciemus / sicut in bap-
tismo polliciti sumus / utque persistamus
in hoc proposito / quotidie magis atque ma-
gis proficientes. Custodi nos a suggestio-
nibus sathane / ne consentiamus in super-
biam / qua nobis ipsis placeamus et con-
temnamus alios / ob diuitias / genus / pos-
testatem / scienciam / eruditionem formam /
aut alia tua quecumque dona et bona. Cu-
stodi nos / ne incidamus in vitium odij et
inuidentie / quacumque etiam causa ad hec
incitemur. Custodi nos / ne obsequamur
tentationi de fide / aut desperatione / nunc
et in mortis puncto. Commendatos habe
celestis atque optime pater eos / qui contra
tam arduam et multiplicem tentationem
pugnant et laborant / conforta eos qui
iam stant / erige eos qui lapsi sunt et iacent /

Breniter / velis nos omnes afficere gra-
tia tua / vt in hac misera et periculosa vi-
ta / que circumdata est tot hostibus contis-
nuis et nūquam quiescentibus / firma et
strenua fide cōstanter pugnemus / et eter-
nam coronam assequamur.

Septima Petitio.

Sed libera nos a malo.

Sensus / Orat ista oratio pro omni-
bus malis et pene et vindicte / sicut sancta
ecclesia facit in Litanijis. **R**ipe nos **O** pa-
ter a tua sempiterna ira / et infernalibus
tormentis. **L**ibera nos a tuo stricto iudis-
tio / in morte et extremo iudicij die. **L**iber-
ra nos a subitanea et improuisa morte.

Custodi nos a vi aque et ignis / a fulmine
et grandine. **C**ustodi nos a fame et caris-
tate. **C**ustodi nos a bellis et homicidijs.
Custodi nos a grauissimis plagis tuis /
pestilentia / morbo Francico / atq; alijs
huiuscemodi infirmitatibus. **C**ustodi nos

Dij

ad omnibus malis et angustijs corporis/
sic tamē/ vt in his omnibus sit gloria nos-
trinis tui/ et augmentum regni tui et pre-
seruatio diuine voluntatis tue.

Amen.

Sac deus / vt iste omnes orationes a
nobis indubie impetrentur / nec sine/ vt
quicquam dissidamus / quin per hec omnia
exaudiendi/ imo iam exauditi simus/
sintq; hec omnia certa et indubitata. Sic
nos leto animo Amen dicimus/ hoc est /
ratum/ firmum/ verum/ et certum.

De Confessione.



Velicam cōfessionem nos
his necessariā / tota scrip-
tura ob oculos nobis
ponit/ quam deus a nos-
tris requirit/ sine qua sal-
uari non possumus/ Atq;
q; hec Confessio fluit ex
fide/ vt toto corde confiteamur perpetuo

nos esse dānatos / et omnia opera nostra
quantūvis bona et spetiosa / esse abomis
nanda peccata coram deo / Et q̄ ex sola
dei gratia et misericordia in Christo ostē
sa saluemur / De hac confessione loquitur
David Psal. 32. Dixi confitebor aduer
sum me iniusticiam meam domino / et tu
remisisti impietatem peccati mei / Item /
Psalmo. 51. Quoniā iniquitatem meam
ego cognosco / et peccatum meum contra
me est semper / Tibi soli peccaui et malum
coram te feci / vt iustificeris in sermonis
bus tuis / et vincas cum iudicaris. Et cis
tra hanc confessionē / peccatum non con
donatur / Et rursus non potest non con
donari huic confessioni / Sicut .1. Joan.
.1. dicitur. Si dixerimus quoniā peccatū
tū non habemus / nos ipsos seducimus / et
veritas in nobis nō est / Si cōfiteamur pec
cata nostra fidelis est et iustus / vt remit
tat nobis peccata. Atq; hec confessio per
totam hominis vitā durare debet / Sicut

D iij

quotidie oramus in oratione Dominica/
Dimitte nobis debita nostra / sicut et nos
dimittimus debitoribus nostris.

Preter hanc confessionem
est adhuc alia / qua priuatim reconcilia-
mus fratres / De qua est Matth. 5. Cap.
Si offers munus tuum ad altare / et ibi re-
cordatus fueris / quod frater tuus habet aliquid
aduersum te / relinque ibi munus tuum
ante altare / et vade prius reconcilia-
re fratri tuo / et tunc veniens offer munus
tuum. Item Jacobi Ult. Confitemini
alter alteri peccata / hoc est / alter alterum
deprecetur offensam. Et hec confessio
quam sit charitatis quemadmodum prima fidei
dei / etiam est necessaria / Non enim remittet
nobis deus nisi et nos remittamus fra-
tribus / Matth. 6. Si remiseritis hominibus
peccata eorum / remittet et vobis
pater celestis delicta vestra / Si autem non
remiseritis hominibus / nec pater vester
remittet vobis peccata vestra.

Tertio est confessio illa au-
ricularis / conscientiarū carnificina / quam
Papa precepit nullo iure. **Eam quondā**
fuisse talem constat / Quorum consciencie
angebantur / quēadmodum fit / lege reue-
lato peccato / sanctos et peritos rerū spi-
ritualium consulebant / et ab illis absolue-
bantur / quod nec hodie improbandum
est / Sunt enim perpetuo infirme cōscien-
cie / verbo dei confirmāde et cōsolande 2^c.
Reliqua lege / vel in Locis communibus
Philippi / vel in libello D. Martini / de
Confessione.

Omniem vite nostre curam / deo
relinquendā. Ex Mat. 6. Cap.

Ne sitis solliciti vitæ ve-
stre / quid esuri sitis / aut bibituri / neq; cor-
pori vestro / quibus indumentis vsuri.
Nonne anima pluris est / quam cibus / et
corpus pluris quam indumentum ? Verē
tite oculos ad volatilia celi / quia non ses

D iij

runt neq; metunt / neq; conuehunt in hora
rea / et pater vester celestis alit illa. Non
ne vos longe precellitis illa ?

Quis autem ex vobis sollicite cogitans
do / potest addere ad staturam suam cubi
tum vnum ? ac de indumento quid solli
citi estis ? Cognoscite lilia agri / quomo
do crescant. Non laborāt / neq; nent. At
tamen (dico vobis) ne Solomonē qui
dem in vniuersa gloria sua / sic amictum
fuisse vt vnum ex his. Quod si gramen
agri / quod hodie cum sit / cras in clibanū
mittitur / deus sic vestit / an nō multo ma
gis vobis id faciet ? ¶ parum fidentes.

Ne sitis igitur solliciti dicentes. Quid
edemus aut quid bibemus / aut quibus o
periemur ? Nā omnia ista gentes exqui
runt. Nouit enim pater vester celestis /
quod opus habeatis his omnibus. Quin
potius querite primum regnum dei / et
iusticiam eius / et hec omnia adiicientur
vobis. Ne sitis igitur solliciti in crastinū.

Nam crastinus dies curam habebit sui ipsius. Sufficit sua diei afflictio.

Discant pueri / nihil se promoturos
in literis / et infelicem omnem
vite cursum fore / nisi deus fortunet /
Ideoque a deo petant / ut
ipsorum studiis faueat et
adspiret. Monet
hoc psal. 127.



Nisi dominus
aedificauerit
domum / frustra
laborat /
quisquis eam
aedificat. Nisi dominus
custodierit civitatem / frustra
vigilat quisquis eam

D v.

custodit. Frustra est / ma-
ne surgere priusquam il-
luxit / et sero cubitum ire /
et magna cū molestia pa-
nem edere. Sed quietem
dat deus ijs quos diligit.
Ecce filij / hereditas a do-
mino sunt / et proles mu-
nus illius. Velut sagittae
in valida manu sunt / ita
sunt et hi iuvenes. Foelix
est / qui pharetrā suam ta-
libus implevit / non con-
fundetur quoties in por-
tares erit cum hostibus.

Psalmus. 122.



Ad te leuaui ocu-
los meos / qui
habitas in ce-
lis. Ecce sicut
oculi seruorū /
ad manus dominorū su-
orum. Sicut oculi ancil-
le / ad manus domine sue /
ita oculi nostri ad domi-
num deum nostrum / do-
nec misereatur nostri.
Misereere nostri domine /
misereere nostri / quia mult-
tum repleti sumus despe-

ctione. Multum repleta
est anima nostra oppro-
briū abundantibus et de-
spectio superbis.

Psalmus. 128.

Beati omnes qui timent
dominum / qui ambulant
in vijs eius. Labores ma-
num tuarum quia man-
ducabis / beatus es et be-
ne tibi erit. Vxor tua sicut
vitis abundans / in lateri-
bus domus tue. Filij tui
sicut nouelle plante oliua-
rū / in circuitu mense tue.
Ecce sic benedicetur ho-

mo / qui timet dominum.
Benedicat tibi dominus
ex Sion / et videas bona
Hierusalem omnibus di-
ebus vite tue. Et videas
filios filiorū tuorum / pa-
cem super Israel.

Cifrae.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
21	22	23	24	25	26	27	28	29	30
31	32	33	34	35	36	37	38	39	40
41	42	43	44	45	46	47	48	49	50
51	52	53	54	55	56	57	58	59	60
61	62	63	64	65	66	67	68	69	70
71	72	73	74	75	76	77	78	79	80

81 82 83 84 85 86 87 88 89 90
 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100.
 200 300 400 et̄c. 1000

Numerus.

i	ij	iiij	iiii	v	vi	vii	viii	ix	x
xi	xij	xiiij	xiiii	xv	xvi				
xvii	xviii	xix	xx.	xxi	xxii				
xxiiij	xxiiii	xxv	xxvi	xxvii	xxviii				
xxix	xxx.	xxxi	xxxii	xxxiiij	xxxiiii				
xxxv	xxxvi	xxxvii	xxxviii	xxxix	xl.				
xli	xliij	xliiij	xliiiii	xlv	xlvi				
xlvii	xlviii	lix	l.	li	liij				
liiij	liiiii	lv	lvi	lvii	lviii				
lix	lx.	lxi	lxii	lxiiij	lxiiii				
lxv	lxvi	lxvij	lxviii	lxix	lxx.				
lxxi	lxxii	lxxiiij	lxxiiii	lxxv	lxxvi				
lxxvii	lxxviii	lxxix	lxxx.	lxxxi					
lxxxii	lxxxiiij	lxxxiiii	lxxxv						

lxxxvi lxxxvii lxxxviii lxxxix
xc. xci xcii xciii xciiii xc
xcvi xcviij xcviij xcix C. D. M.

Impressum Wittenbergae
per Georgium Rhaw
An. etc. 1525.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher.



Alienum est omni quicquid optando evenit
 Ab altero expectes: alteri quod feceris
 Amicus vereri que scit: scit tunc appropi
 Auxilia humilia firma consensu facit
 Amorem autem arbitrio sentitur non ponitur
 Aut amat aut odit mulier: nichil est certu
 Ad testem ptem strenua suspitio debetur
 Amens parente si equus est aliter feras
 Aspiciere oportet quod possis perdere
 Amici vitia si feris: facis tua
 Alena omni ingenio: acerba est seruitu
 Absentem ledit qui tunc ebrio loquat
 Amans iraque multa constituit sibi
 Amans ipse miseris causa est sui: amans
 Amans quid cupit scit: quod sapiat non videt. amans
 Amans quod suspitatur vigilans: somniat
 Ad calamitate quilibet rursus valet
 Amorem extorqueri non potest: sed elabi pot
 Ab amante lacrimis redimatur iracundia
 A parte tunc est mala mulier: tunc demum bona
 Amorem facile capias ubi non sis idem

Amare et sapere vix a deo creditur
Avaro nisi tu moritur nihil recte facit
Astrite cunctis diuis relantur etas indicatur
Avarus dano potius q̄ sapiens dolet
Avaro quid mali optes. nisi ut vivat diu
Auro dolenti nihil oportet credere
Alienū nobis. nostrum plus alijs placet
Amare inimicū furctus est: cūm seni.
Amis cū ludit: morti delicias facit
Amoris vulnus idem qui sanat facit
Ad proutendū sperat cito qui iudicat
Amicos res optis parat: aduersus probant
Aleator quanto in arte est: tanto est usior
Amor otioso causa sollicitudinū est
Abbereare a fortuna tua nō potes. obsidet te
A quocūq; descenderis iugo apparatus sequitur
Acerzia virtus est: q̄ vltia necessitas extulit
Agat princeps cura nō tū salutis: sed honeste civitatis
Adiutibus causis prestare p̄inceps solet: si aut
se vindicat aut alium
Bis est gratū qd opus est: si vltro offeras
Bonarū rerū q̄suetudo pessima est

Benefitium qui dare nescit. Iuste petit
Bonum est fugienda aspiciere in alieno malo
Benefitium accipere. libertatem vendere est
Bona nemini hora est. ut non alicui sit mala
Bis enim est mori. alterius arbitrio mori
Beneficia plura recipit. qui scit reddere
Bis peccatis tui peccanti obsequium accommodas
Bonus animus lesus. gravibus multo irascitur
Bona mors est hoc. vite que extinguit mala
Benefitium dando accipit. qui digno dedit
Blanditia non imperio fit dulcis verus
Bonus quicquid erranti obsequium accommodat
Benefitium qui se dedisse dicit. petit
Benivoli quictio animi maxima est cognatio
Benefitium sepe dare. docere est reddere
Bonitatis verba imitari maior malitia est
Bona opinio hoc tutior precaria est: bonum quod est
bonum quod supprimitur nequaquam extinguitur bis!
Bis vincit. qui se se vincit in victoria
Benevolum est dandi causam cogitat
Bis interimitur qui suis armis perit
Bene dormit qui non sentit quia male dormiat
Bonorum curus est officiosus miser
Bona fama in tenebris proprii splendore obtinet
Bene cogitata si procedunt. non occidunt

6
tri/

Dene perdit inimos, iudici tū dat nocens
Horis nocet: qui malis parat.
Bonus iudex est: qui nonit dispicere qd dandum est q̄rens
Bonus iustitie proxijs modus est severitas
Beneficium est eo carere: qd inuito possideas
Beneficium est sp reddere bonitatis verba
Bonum est reddere bonitatis verba
Bonum est reddere bona verba etia inimicis
Bona que veniunt nisi sustineantur cadunt ut opprimat
Bona imperante aitia est pericula
Bonum ad vitium: cito moritur iracundia
Brens meus ipa est memoria iracundis bona imprudens
bo imprudens est quis periculum vindicat
Bona comparat presidia misericordia
Beneficium dignis ubi des: omnes obligas
